

1
6
7
8

plebilus vestris eam quam et debetis et antea egregie praestitistis fidem; Nos uim precibus ad Deum omnipotentem assidue, tum apud ipsum filium nostrum Regem, quidquid poterimus opis atque auxilii vobis et Ecclesis vestris ferre non desistimus, parati ad omnia, quae ad Catholicam fidem et animarum salutem vobiscum una defendendam opportunum fore, aut per nos ipsos, aut nostri Legati, aut Nuntii nostri admonitu cognoverimus, absentes quidem a vobis corpore, sed spiritu et charitate praesentes. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die XXI Augusti 1558. Pontificatus nostri anno tertio Aloysius Lippomanus Veronensis Ep.

Id. p. 263

Dilecto filio nobili viro Joanni de Ocellis Cancellario Regni Poloniae
Dilecte fili nobilis Vir Eccl. Cum certiores facti fuerimus Raptum iri propter
consentum omnium illius Regni ordinum, magnopere verendum esse intelligimus, ne quid in eo tentetur ab haereticorum fautoribus adversus religionem Catholicam et vetustissimum Ecclesiae institutum. Itaque etiam confidimus Charissimum in Christo filium nostrum Regem pro sua prudentia, et fidei Catholicae studio religionis causam sua sponte esse acriter defensurum, neque passurum, tantam nemini suo maculam iniuri, ut quidquam in eo convertu adversus Catholicos decernatur, tamen nostras partes esse dedimus, pro rei magnitudine, quam primum Sedis Apostolicae Legatum ex Collegio S. R. E. Cardinalium mittere iitue, qui hujus Sanctae Sedis auctoritate et nomine omnia, quae tale tempus postulerit officia et ipsi Regi, ejus dignitas et Regni salus maxime nobis est curae, et Venerabilibus fratribus nostris Episcopis, et si qui Episcoporum ipsorum, quod non credimus, legiores timidiore fuerint, existet ac confirmet. Verum cum legatus necessario plus temporis in itinere positurus sit, nec disferre diutius vallemus, quin Venerabiles fratres nostros Episcopos Apls Nuntii praesertim consolaremur, faciendum nobis visum est, ut praemitteremus Vblm fratrem Camillum Episcopum Sutrinum et Campanum Ecclesiarum unitarum eo munere functurum, propterea quod is expertus iter facturus sit, quem quidem legatus postea subsequetur; recordantes autem estimae virtutis tuae, egregiaeque voluntatis, quam in consensu superiori declarasti, cum adesset Vbls frater noster Aloysius Episcopus tunc Veronensis Nuntius noster, magnam sane spei nostrae partem in tua devotione, virtute, auctoritate repositam habemus; confidimus enim abs te Dei et religionis ac Matris Ecclesiae causam, acius quam nunquam antea defensam iri, quod non facies, existimationi ac dignitati Regis ac Regni quieti salutique consulens, non defuturis pietati et constantiae tuae praemiis a Deo, et in hac vita et in altera maximis. Nos vero, qui bene de Ecclesia et religione Catholica merentes, ab hac Sede merito complectendos esse intelligimus, quantopere in eo gratum nobis feceris, occasione oblata, re ipsa declarabimus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die XXI Augusti 1558. Pontificatus nostri anno tertio. Aloysius Lippomanus Bergomensis

Id.

Charissimo in Christo filio nostro Sigismundo Augusto Poloniae Regi Illustri.
Charissime in Christo fili noster Eccl. Novit cordium iuncturas ac rerum Deus, nihil nobis esse optatius pro paterno amore, quo te prosequimur, quam ut Perseverantiae, quantum secundum Deum nobis liceat, satisficiamus. Etiam autem vellemus posse sine ulla mora praesertim exaudire, tamen cum actionis nostrae rationem ac redditum sumus, a quo sine ulla meritis nostris in hoc Pontificatus factio fuimus collocati, ad res quas agimus, maturam admodum et diligentem deliberationem adhibere nos convenit, ne quid temere a nobis et inconsiderate agatur, qua in re deceat te, Charissime fili, diligentiam et cunctationem nostram boni consulere.

Nos posteaquam officio nostro institutioque satisfecerimus in eis inquirendis, quae pro rei magnitudine opportuit, libentissime fecimus, ut precibus tuis de dilecto filio nobili viro Joanne Botemio S. R. E. Legati Regni tui Vicecancellario annue-ramus, cum quidem Vbls frater Stanislaus Episcopus Varinensis de latere et forcaeteris postulatis tuis nobiscum egisset a deo diligenter, ut nisi nota nobis honoris esset religio atque integritas, suspicari potuerimus, eum, quod in te desiderat tuis desideriis a nobis satisfacere, recte tam accusate nobis loqui.

Itaque Vbls fratri Nicolao Archiepiscopo Inezrensi Joannem ipsum Coadjutorem si adfutorem, cum futura successione de Vblm fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium concilio, diuina ipsorum omnium voluntate, non sine honorificanti-ssima tui mentione deputavimus; qua in re gratias Deo agimus, quod speramus, diligentiae nostrae fructum nos esse laturos, atque illi primariae Ecclesiae et regno tuo, nobisque plurimum sicut certe cupimus consuluisse. Neque enim dubitamus, quod ipse coadjutor dignum se praebiturus sit tanto Serenitatis tuae erga se studio, tam honorifico et laudato, cum aliorum multorum, tum ipsius Varinensis Episcopi testimonio; tam praestans denique Archiepiscopi Inezrensis iudicio, qui propter summam sanctitatem suam, eum tibi potissimum coadjutorem, et post obitum successorem petiit deputari.

Reliquis